

IGNORANTIA Carentia debita cognitionis; quo nomine venit etiam inadvertentia et oblitio. Dividitur in vincibilem et invincibilem, et concomitantem, antecedentem et consequentem.

Ignorantia concomitans illa dicitur, quae est de eo quod actualiter voluntas agit; attamen voluntas est in tali dispositione, ut si sciret quod actualiter ignorat, ageret eodem modo, si non maiori inclinatione, id quod agit constituta in ignorantia. Ita Petrus putans occidere ceryum, occidit hostem; hostem tamen occidisse maiori etiam voluptate si cognovisset.

Ignorantia consequens illa est quae est volita ab ipsa voluntate sive directe sive indirecte; directe nempe si quis, positive velit, aliquid ignorare, legem v. g. ne retrahatur a peccando; indirecte si quis non considerat quae considerare potest et debet, vel notitiam quam habere debet et vult non curat acquirere.

Ignorantia antecedens illa est quae non est voluntaria neque directe neque indirecte, et est tamen causa volendi quod quis nollit si ignorantia deesset. Ex. gr.: Aliquis adhibita omni diligentia quae solet moraliter adhiberi, et certior factus remissionem per viam transire, lapidem projicit et occidit hominem.

Virtus. Bona qualitas (seu bonus habitus) mentis qua recte vivitur, qua nullas male utitur.

Virtutis. Habitus seu dispositio firma mentis, qua recte vivitur, et qua nullas bene utitur.

Virtus moralis. Quae perfectiva est appetitivae partis, utpote ad recte dirigendum; ut *justitia, prudentia, temperantia*.